An. et vol. XCV 3 Martii 2003 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Paulinae a Corde Iesu Agonizanti Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

«Unusquisque, sicut accepit donationem, in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei» (*1 Pe* 4, 10).

Beata Paulina a Corde Iesu Agonizanti (quae saeculari nomine Amabilis Visintainer appellabatur) dona quae a Spiritu Sancto receperat optime lucri fecit, cuius virtus in eius vita missioneque conspecta est. Dei voluntati studiose obsequens, fructuosam evangelizationis operam praestitit ipsaque germana fuit testis Christi erga indigentes amoris, pro quibus Congregationem condidit Parvarum Sororum Immaculatae Conceptionis, quae prima fuit religiosa communitas Brasiliae Meridianae. Die XVI mensis Decembris anno MDCCCLXV parentibus pauperibus religiosisque orta est ipsa in oppido *Vigolo Vattaro* Tridentinae dicionis. Die postquam nata est Baptismi fonte abluta est. Puella una cum familia in Civitatem Sanctae Catharinae Brasiliae Meridianae se contulit. Societatis Iesus sodales, quibus locorum illorum pastoralis cura commissa est, de eius pietate mirabantur ideoque ei Virginiaeque Nicolodi munus demandarunt pueros doctrinam catholicam docendi atque aegrotis assidendi. Alacrem ea sustinuit apostolatus laborem atque mortua matre potissimum necessariis cu-

randis operam dedit. Spiritali moderatore consentiente, una cum socia vitam communem in paupere domu agere coepit ut in caritatis simplicitatisque spiritu pupillis aegrotisque curandis se devoveret. Die XII mensis Iulii anno MDCCCXC apud urbem v.d. *Nova Trento* ipsae mulierem cancro correptam susceperunt, quam amabiliter curaverunt. Primum iactum est semen illius Congregationis Parvarum Sororum Immaculatae Conceptionis, quam Episcopus loci anno MDCCCXCV comprobavit. Die VII mensis Decembris eiusdem anni Beata sibi sumpsit nomen Paulinae a Corde Iesu Agonizanti. Antistita exinde nominata est generalis, quae, Sancti Pauli urbem cum petivisset, hospitium moderata est pupillis senibusque suscipiendis iisque domibus carentibus. Institutum deinde crevit compluribus additis, in variis Brasiliae locis, domibus. Christo fidebat, cum Deo coniuncta subinde manebat atque in omnibus condicionibus divina consilia suscipiebat, ita ut saepe exclamaret: « Dei voluntatem, Paradisum meum ». Suam spiritalitatem per Eucharistiae, Virginis Mariae ac Sancti Ioseph devotionem aluit. Divinae Providentiae fidens, numquam difficilioribus etiam condicionibus amittebat spem, quod idem suis sororibus inculcabat. Ut ab omnibus adoraretur Iesus voluit atque assidue adlaboravit ut Dei regnum incresceret itemque peccatores ad bonam frugem se reciperent. Domini amor eam ad proximum se addicendam compulit, in quo Redemptoris vultum conspiciebat, idcirco sollicite operam dedit ut pauperes, senes, pupilli curarentur, eos solans curansque eorum aerumnas. Congregationem a se conditam prudenter rexit. Anno MCMIX alia electa est Antistita generalis, quam rem ipsa amabiliter humiliterque suscepit. In vocatione perstitit, aerumnas toleravit, difficultates fortiter sustinuit, quippe quae in Christo omnem vim inveniret. Ecclesiam adamavit, cui fideliter inservivit atque sacris pastoribus humiliter oboedivit. Annorum decursu eius valetudo in peius mutabat: diabete correpta est. Ideo manum amisit et in postremo vitae tempore caeca facta est. Quae omnia fortiter toleravit atque die IX mensis Iulii anno MCMXLII obdormivit in Domino. Sanctitatis ob famam late patentem, anno MCMLXV Processus informativus incohatus est. His peractis iure statutis rebus, die XVIII mensis Octobris anno MCMXCI Nos eam in Beatorum album sollemniter rettulimus. Die VII mensis Iulii anno MMI Nobis coram super miraculo prodiit decretum. Consentientibus Patribus Cardinalibus Episcopisque in Consistorio die XXVI mensis Februarii huius anni coadunatis, statuimus ut canonizationis ritus Romae die XIX mensis Maii celebraretur.

Hodie igitur, una cum ingenti coetu Pastorum et Christifidelium ex multis populis et regionibus pie sollemnitatem celebrantes Pentecostes, invocato Spiritus Sancti auxilio, in foro Petriano inter sacra hanc pronuntiavimus formulam:

«Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Alfonsum de Orozco, Ignatium a Santhià, Humilem a Bisignano, Paulinam a Corde Iesu Agonizanti et Benedictam Cambiagio Frassinello Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Deinde Ipsi Nos libentes venerati sumus novam Sanctam, extollentes virtutes et merita eius, praesertim sane proponentes hominibus nostrae aetatis veluti exemplar authenticae vitae evangelicae, genuinae eius humilitatis, promptae oboeditionis et voluntariae paupertatis propter Christum.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in futurum tempus vim habeant, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undevicesimo mensis Maii, anno bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 514.777

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GANDHINAGARENSIS

Provincia ecclesiastica Gandhinagarensis appellanda in India conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Dilecta in Indiae terra Christifideles commorantes diligentiore usque ratione salutiferas veritates contemplari conantur cotidianaque in vita Christi exemplum prosequi. Nos qui de spiritali omnium fidelium progressione solliciti sumus, nunc de pastoralibus ecclesialium communitatum in India necessitatibus cogitamus atque ad earum salubriorem prosperitatem ecclesiastica instituta aptare properamus. Itaque quorum interest cognitis sententiis, de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Apostolica Nostra usi potestate, a dioecesi Ahmedabadensi distrahimus civiles districtus v.d. *Gandhinagar*, *Mehasana*, *Patan*, *Banaskantha* et *Sabarkantha* atque ex iis archidioecesim metropolitanam condimus, factis iuribus et privilegiis quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae ad normam iuris communis gaudent, novamque provinciam ecclesiasticam *Gandhinagarensem* appellandam, cuique dioeceses Ahmedabadensis, Barodensis et Raikotensis, a sede metropolitana Bombayensi detractae, erunt suffraganeae. Novam provinciam ecclesiasticam iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxiam constituimus. Cathedrale templum archidioecesis Gandhinagarensis in sacra illa aede Sacratissimo Cordi Iesu et Dominae nostrae Reginae Mundi dicata, in urbe v.d. *Gandhinagar* sita, instituimus. Ad haec omnia exsolvenda Venerabilem Fratrem Laurentium Baldisseri deputamus, Archiepiscopum titulo Diocletianensem atque in India Apostolicum Nuntium, facta videlicet facultate aliquem aptum virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Octobris, anno Domini bismillesimo altero, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 530.486

II

COXINENSIS

In Brasiliensi Natione praelatura territorialis Coxinensis ad gradum ac dignitatem dioecesis evehitur servatis iisdem finibus et nominibus sive de Curia sive linguae loci propriis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Cum Praelatura territorialis Coxinensis hisce postremis temporibus numero clericorum operibusque ecclesialibus aliquod incrementum cepisset, Venerabilis Frater Antoninus Migliore, Episcopus Praelatus Coxinensis, unanimo consensu Conferentiae Episcopalis Regionalis «occidentis I» atque Praesidis Conferentiae Episcoporum Brasiliae, ab hac Apostolica Sede petivit ut haec praelatura territorialis ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur. Nos vero existimantes id in animarum bonum esse cessurum, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Alfii Rapisarda, Archiepiscopi titulo Cannensis atque in memorata Natione tunc Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate, praelaturam territorialem *Coxinensem* attollimus ad gradum et dignitatem dioecesis, servatis iisdem finibus, quibus nunc ipsa terminatur, atque iisdem nominibus de Curia et linguae loci propriis, quibus ad praesens nuncupatur. Huiusce novae dioecesis sedem episcopalem in urbe «Coxim» ponimus ibique exstans templum, Deo in

honorem Sancti Ioseph dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae Cathedralis evehimus. Insuper ipsius dioecesis Praesulem nominamus Venerabilem Fratrem Antoninum Migliore, hactenus Episcopum Praelatum eiusdem Sedis. Quae statuimus perficienda committimus Venerabili Fratri Laurentio Baldisseri, Archiepiscopo titulo Diocletianensi et in Brasilia Apostolico Nuntio, cui quidem tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito Congregationi pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis mittendi. Hanc denique Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo tertio mensis Novembris, anno Domini bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 530.599

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei Servis Aloisio Beltrame Quattrocchi et Mariae Corsini coniugibus Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Coniuges parentesque christiani oportet ut propriam viam sequentes, amore fideli, totius vitae decursu se invicem in gratia sustineant, et prolem amanter a Deo acceptam christianis doctrinis et evangelicis virtutibus imbuant » (Conc. Oecum. Vat. II *Lumen gentium*, 41).

Fidei amorisque ubertas coniugum Aloisii et Mariae Beltrame Quattrocchi huius Concilii Oecumenici Vaticani II effati de omnium fidelium vocatione ad sanctitatem clara est testificatio. Hoc par coniugum singularem omni-

no fidelitatem erga Christi Evangelium demonstravit nec non christianas virtutes heroum in modum exercuit. Maria, unica filia coniugum Angioli Corsini et Iuliae Salvi, die XXIV mensis Iunii anno MDCCCLXXXIV Florentiae est nata. Familia Romam se contulit ubi puella cultus humani et artis litterarumque studio adducta in sapientia praesertim christiana progrediebatur. Aloisius die XII mensis Ianuarii anno MDCCCLXXX ex Carolo Beltrame et Francisca Vita Catinae est ortus. In familia materterae Stephaniae crescebat, nuptae Aloisio Quattrocchi. Gratias agens pro beneficiis ab illis acceptis, familiari suo nomini nomen Quattrocchi adiunxit. Lauream in iurisprudentia est consecutus atque optima ratione litterarum Italiae et Europae scriptores necnon theatrum artemque musicam cognovit. Nuptiis se iunxerunt die XXV mensis Novembris anno MCMV in Patriarchali Basilica Romana Sanctae Mariae Maiori dicata. Maria familiarem vitam agens plurima opera de arte docendi et educandi scripsit, christianam humanae progressionis interpretationem proponendo. Aloisius cursum honorum in advocatione Status laudabili omnino modo transcurrit. Una simul in re sociali, politica et ecclesiali, in navitate Crucis Rubrae, in Motu Puerorum Exploratorum atque in Actione Catholica nec non pro bono Catholicae Studiorum Universitatis Sacri Cordis studiose sunt versati. Maria et Aloisius evangelica humanaque ratione amorem compleverunt coniugalem nec non erga vitam hominis ministerium. Ex eorum unione quattuor nati sunt filii quorum tres usque vivunt. Quarta graviditas peculiare omnino pondus in spiritali itinere Mariae et Aloisii obtinuit. In periculo mortis Maria clare abortui obstitit atque filiam Henricam peperit quae parentibus usque ad eorum mortem studiose adfuit. Munus parentum diligenter explentes Maria et Aloisius omnibus viribus filiis suis se dederunt claram omnino cum praeberent amoris testificationem quae officina fuit vocationum: una filia se Deo dedit in vita consecrata, duo vero filii Sacerdotii dono sunt exornati. Variis in vitae coniugalis vicissitudinibus Maria et Aloisius constanti animo labores suscipiebant cotidianam vitam admirabili modo agentes. Unoquoque die Eucharistiam participabant, rosarium dicentes Virginem Sanctissimam invocabant aliisque precibus assidue Deum exorabant. Post Aloisii mortem, qui die IX mensis Novembris anno MCMLI pie obiit, Maria in via ad sanctitatem alacriter progrediebatur, cum Deo unionem altiore usque ratione assequi cupiens. Dominus eam vocavit die XXVI mensis Augusti anno MCMLXIV.

Sanctimoniae fama, qua viventes florebant, etiam post obitum haud cessavit; quapropter beatificationis est suscepta causa anno MCMXCIV apud Vicariatum Romanum. Ipsi autem Nos die VII mensis Iulii anno MMI Servos hos

Dei virtutes theologales et cardinales atque adnexas heroum in modum factitavisse pronuntiavimus. Eodem die Nostro in conspectu prodiit super miraculo decretum quod eorundem Venerabilium adsignatum erat deprecationi. Ut beatificationis ritus Romae perageretur die XXI mensis Octobris anno MMI, deinde decrevimus.

Hodie igitur in Petriano foro inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Noi, accogliendo il desiderio del Nostro Fratello Camillo Cardinale Ruini, Nostro Vicario generale per la diocesi di Roma, e di molti altri Fratelli nell'episcopato e di molti fedeli, dopo aver avuto il parere della Congregazione delle Cause dei Santi, con la Nostra Autorità Apostolica concediamo che i Venerabili Servi di Dio Luigi Beltrame Quattrocchi e Maria Corsini d'ora in poi siano chiamati Beati e che si possa celebrare la loro festa nei luoghi e secondo le regole stabilite dal diritto, ogni anno, il 25 novembre.

Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo ».

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Octobris, anno MMI, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 507.347

II

Venerabili Dei Servo Methodio Dominico Trčka Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnia possum in eo, qui me confortat » (*Philp* 4,13).

Coniunctione cum Christo, suo magistro, roboratus Venerabilis Dei Servus Methodius Dominicus Trčka Dei Verbo nuntiando desertissimis populis suam vitam devovit atque, ut hi confiteri et in catholica Ecclesia suam fidem tenere possent, suam tradere vitam non dubitavit.

Methodius Dominicus Trčka die VI mensis Iulii anno MDCCCLXXXVI in oppido *Frýdlant nad Ostravicí* Reipublicae Cechae novissimus ex septem liberis ortus est. Subsequenti die sacro baptismate ablutus est. Gymnasio expleto, Congregationem Sanctissimi Redemptoris est ingressus atque die XXV mensis Augusti anno MCMIV vota religiosa nuncupavit ipseque die XVII mensis Iulii anno MCMX sacerdotali ordine auctus est. Primos sui sacerdotii annos in oppidis *Svatá Hora* et *Pilzen* exegit, missiones explicans populares. Primo saeviente mundano bello multum pastoralis operae in Croatarum, Slovenorum et Ruthenorum beneficium contulit, eos cunctis in necessitatibus iuvando. Seminarii iam tiro inter christianos ritus orientalis opus facere studuit, quod anno MCMXIX efficere potuit, cum Leopolim missus esset, inter fideles catholicos ritus Byzantini apostolatum explicaturus. Sanctissimi Redemptoris in communitate, sodale potissimum Nicolao Čarneckyj iuvante, sermonem consuetudinesque locorum didicit. Hoc tempore sibi quoque Methodium imposuit nomen. Mense Decembri anno MCMXXI *Stropkov* missus est Slovakiae Orientalis, ut sociatam praestaret operam ad primam Sanctissimi Redemptoris communitatem ritus Latini Byzantinique condendam. Communitatis factus superior, studiosum missionale opus tribus in eparchiis Prešoviensi, Užhorodensi et Crisiensi gessit. Anno MCMXXXI Sanctissimi Redemptoris sodales ritus Byzantini in novam domum Michalovcensem se contulerunt, ubi pater Methodius usque ad mensem Iulium anni MCMXXXII superior fuit, donec ob opus lassus *Stropkov* remigravit, sanitatem recuperaturus. Michalovcensi urbe repetita, anno MCMXXXV, a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus visitator apostolicus nominatus est sororum Basilianarum Prešoviensium et Užhorodensium. Iterum superior electus, Sanctissimi Redemptoris moderante communitate, in oppido *Zemplín* spiritalis vitae fuit cardo. Templum perfecit sororumque claustrum aedificandum curavit. Complura alia patravit in pauperum derelictorumque beneficium. Altero saeviente bello mundano, quasdam ob difficultates adversum Slovakiae Statum, pater Methodius a superioris munere sese abdicavit. Bello absoluto ac necessitudinibus cum civilibus potestatibus in melius mutatis, die XXIII mensis Martii anno MCMXLVI, Sanctissimi Redemptoris sodales vice-provinciam ritus Byzantini Michalovcensem condiderunt iique alterum a provinciali patrem Methodium elegerunt. Hi ergo religiosi *Stropkov* redierunt, ubi Sanctorum Cyrilli et Methodii aedificarunt templum atque complura apostolatus incepta susceperunt. Anno MCMXLIX, postquam communistarum regimen rerum potitum est, vice-provincia est ablata atque nocte diei XIII mensis Aprilis anno MCML omnes religiosi in campum captivis custodiendis sunt delati. Pater Methodius in oppido *Pedo-*

línec translatus est indeque *Leopoldov* compluries quaestionis causa delatus. Die XII mensis Aprilis anno MCMLII in duodecim carceris annos damnatus, vinculis detentus est in urbibus *Ilava*, *Mírov* et *Leopoldov*. Licet ob aetatem vexationesque aegrotaret, usque ipse fortis et Christo, Ecclesiae suaeque religiosae consecrationi fidelis mansit. In carcere die XXIII mensis Martii anno MCMLIX, carnificibus ignoscens, vita cessit.

Latam perpetuamque martyrii ob famam beatificationis canonizationisque Causa incohata est, Processu Informativo primis anni MMI mensibus celebrato. His perfectis a iure statutis rebus, Nobis coram Decretum super martyrio die XXIV mensis Aprilis anno MMI prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus in Petriano foro die IV mensis Novembris anno MMI celebraretur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Hirka, Episcopi Prešoviensis, Petri Iacobi Nonis, Episcopi Vicentini, Georgii Ferreira da Costa Ortiga, Archiepiscopi Bracarensis, Ioannis Aloisii Cardinalis Cipriani Thorne, Archiepiscopi Limani, Michaëlis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, et Ioannis Mariae Uriarte Goiricelaya, Episcopi Sancti Sebastiani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Paulus Petrus Gojdič, Methodius Dominicus Trčka, Ioannes Antonius Farina, Bartholomaeus Fernandes dos Mártires, Aloisius Tezza, Paulus Manna, Caietana Sterni et Maria Pilar Izquierdo Albero Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Pauli Petri Gojdič die decima septima Iulii, Methodii Dominici Trčka die vicesima quinta Augusti, Ioannis Antonii Farina die decima quarta Ianuarii, Bartholomaei Fernandes dos Mártires die decima octava Iulii, Aloisii Tezza die vicesima sexta Septembris, Pauli Manna die decima sexta Ianuarii, Caietanae Sterni die vicesima sexta Novembris et Mariae Pilar Izquierdo Albero die vicesima septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Prudentiam, pietatem, patientiam, insignis huius viri extollere placet, qui sua opera luculenter in religiosae suae familiae sodales ceterosque homines contulit, quique tandem fidei strenuus fuit testis, Christo Ecclesiaeque clarum fidelitatis praebens exemplum. Exoptamus igitur ut huius caelitis testificationibus incitati homines qui nunc sunt ad superna mansuraque certo gradu contendant.

Sueta demum oratione habita de vita, virtutibus ac operibus Beatorum, quos modo publice diximus, eos venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non officientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Novembris, anno MMI, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 507.821

III

Venerabili Dei Servo Ioanni Antonio Farina Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos » (*Ps* 34, 12). Psalmistae verba, quae Venerabilis Servus Dei Ioannes Antonius Farina uti sententiam episcopalem sibi sumpsit, luculenter adimplentur in eius vita et actione, qui tres et viginti annos in presbyterali et octo et triginta in episcopali ministerio transegit apud dioeceses Tarvisinam et Vicentinam. Natus in Vicentino pago vulgo *Gambellara* die XI mensis Ianuarii anno MDCCCIII, Ioannes Antonius litterarum rudimenta didicit a coniuncto quodam, pio sacerdote. Quindecim annos natus episcopale seminarium Vicentinum ingressus est, ubi ita pietate mentisque dotibus eminuit, ut unum et viginti annos agenti munus docendi sacrorum alumnos concrederetur. Die XIV mensis Ianuarii anno MDCCCXXVII sacerdotali ordinatione auctus est ac deinde magistri ludi diplomate est exornatus. In exordiis sui ministerii docere perrexit in Seminario, Vicentiae in ecclesia Sancto Petro dicata decem per annos alter a parocho exstitit, postea scholae publicae rector. Anno MDCCCXXXI eadem in urbe primam scholam popularem feminarum constituit, et anno MDCCCXXXVI condidit Institutum Sororum Magistrarum a Sancta Dorothea Filiarum a Sacris Cordibus, ad egenas, surdas mutasque et caecas puellas educandas, nec non ad infirmos senesque iuvandos. Anno MDCCCL Episcopus nominatus est Ecclesiae Tarvisinae, ubi decem permansit annos;

die XVIII mensis Iunii anno MDCCCLX in Vicentinam translatus est dioecesim quam usque ad obitum rexit. In utraque dioecesi fructiferum explevit ministerium, culturalem et spiritalem institutionem clero et fidelibus tradidit, studiorum rationem et disciplinam seminarii renovavit, innumeras beneficentiae associationes instituit, cultum fovit Sacri Cordis Iesu et Mariae Virginis. Utramque dioecesim pastorali itinere perlustravit et Vicentiae dioecesanam Synodum celebravit. Assidua ac paterna sedulitate Institutum suum est prosecutus, curam adhibens de spiritali et technica sororum formatione, ut proprio charismati heroum quoque in modum respondere possent. Iter spiritale Ioannis Antonii Farina misericordiae exstitit tractus, qui a timore Dei ad perfectionem caritatis duxit eum. Studiosus pastor solam habuit curam, id est gloriam Dei quaerere. Caritatis operibus iugiter intentus, propriam requiem minuebat, immo cibum sibi necessarium neglegebat, omnibus omnia factus sine intermissione. Dilexit Sacram Scripturam, frequentem communionem eucharisticam promovit; artam cum Deo consortionem vixit, qua actuositatem suam apostolicam perfudit. Episcopus semet ipsum libenter se obtulit ad infirmos valetudinarii corpore et spiritu curandos, suo exemplo attrahens sacerdotes sibi commissos. Caritas eius intellegens fuit et prophetica. Antesignanus evasit ad paedagogicas methodos creandas et ad iuventutem ducendam. Cogitavit educationem quae integram amplecteretur humanam formationem, prout ipse dicere solebat: « Vera scientia in sapientia cordis consistit » (cfr *Ps* 90, 12). Piissime obiit die IV mensis Martii anno MDCCCLXXXVIII, sanctitatis circumdatus fama, quae magis in dies increbruit. Causam beatificationis et canonizationis incepit Episcopus Vicentinus anno MCMLXXXI. Nosmet Ipsi, die XXIV mensis Aprilis anno MMI, declaravimus hunc illustrem Ecclesiae Pastorem virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum exercuisse. Deinde die VII mensis Iulii eiusdem anni Nobis coram Decretum prodiit super mira sanatione, Tarvisii patrata anno MCMLXXVIII et intercessioni eiusdem Servi Dei adscripta. Quapropter statuimus ut ritus beatificationis Romae perageretur die IV mensis Novembris anno MMI.

Hodie igitur in foro Basilicam Sancti Petri Apostoli Vaticanam prospiciente, inter sacra hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Hirka, Episcopi Prešoviensis, Petri Iacobi Nonis, Episcopi Vicentini, Georgii Ferreira da Costa Ortiga, Archiepiscopi Bracarensis, Ioannis Aloisii Cardinalis Cipriani Thorne, Archiepiscopi Limani, Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, et Ioannis Mariae Uriarte Goiricelaya, Episcopi Sancti Sebastiani, nec

non plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Paulus Petrus Gojdič, Methodius Dominicus Trčka, Ioannes Antonius Farina, Bartholomaeus Fernandes dos Mártires, Aloisius Tezza, Paulus Manna, Caietana Sterni et Maria Pilar Izquierdo Albero Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Pauli Petri Gojdič die decima septima Iulii; Methodii Dominici Trčka die vicesima quinta Augusti; Ioannis Antonii Farina die decima quarta Ianuarii; Bartholomaei Fernandes dos Mártires die decima octava Iulii; Aloisii Tezza die vicesima sexta Septembris; Pauli Manna die decima sexta Ianuarii; Caietanae Sterni die vicesima sexta Novembris et Mariae Pilar Izquierdo Albero die vicesima septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim sortiri, contrariis rebus minime quibuslibet obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Novembris anno MMI, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 510.615

IV

Venerabili Dei Servo Caietano Errico Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Reconciliamini Deo » (*2 Cor* 5, 20).

Paenitentiae sacramentum subsidium est quoddam ab Ecclesia peccatoribus ministratum ut cum Domino reconcilientur. Hac de re conscius Venerabilis Dei Servus Caietanus Errico, confessionalis sedis vere martyr, excipiendis audiendisque paenitentibus operam acriter dedit, ad Dei misericordiae magnalia nuntianda.

Humili piaque familia ortus est ipse die XIX mensis Octobris anno MDCCXCI in oppido *Secondigliano* prope Neapolim, qui subsequenti die baptismi fonte ablutus est. Christianam initiationem complevit, cum primo ad sacrum convivium accederet et Confirmationis sacramentum susciperet. Cum se totum Domino mancipare vellet, XIV annos natus primum Fratrum Minorum Capuccinorum Ordinem ac post Congregationem Sanctissimi Redemptoris ut ingredi posset petivit, sed is propter aetatem haud est receptus. Postea Seminarium Neapolitanum ingressus est, quod veluti externus alumnus ob familiae paupertatem frequentavit. In studia incumbebat, sacris quotidie intererat, misericordiae opera agebat. Cum sacro ordine die XXIII mensis Septembris anno MDCCCXV auctus esset, in paroecia Sanctorum Cosmae et Damiani coadiutor operam navare coepit. Magna cum alacritate Dei Verbum enuntiabat, sacramenta, potissimum reconciliationis, ministrabat, pauperes aegrotosque colebat. Templum in honorem Virginis Perdolentis aedificandum curavit, quod expiavit die IX mensis Decembris anno MDCCCXXX. Cum in orationem incumberet, animadvertit se ad novam condendam Congregationem vocari. Primum instituit ideo « Recessum Sacrorum Cordium » pro sacerdotibus, qui se ad populares missiones in parochorum beneficium dicare cupiebant, post Institutum condidit Missionariorum Sacrorum Cordium, qui « adlaborarent omnia amittentes, etiam vitam, ut omnes gentes ardentissimam Sacrorum Cordium in nos dilectionem cognoscerent atque in hominum cordibus sanctus divinus Amor accenderetur ». Dei Servus usquequaque fidem est testatus, quam Dei Verbum legendo ac meditando, usque precando, sacram Eucharistiam et Virginem Mariam colendo, alebat. Cum de Domini auxilio continenter confideret, in Divina Providentia nisus est, quod idem aliis tradidit patrandum. Christi caritas salutisque hominum desiderium omnes eius actus moverunt. Per caritatis opera Amorem Sacrorum Cordium Iesu Virginisque Mariae erga indigentiores manifestavit.

Die XV mensis Septembris anno MDCCCXXXXVI Congregatio ab eo condita comprobata est definitive a beato Pio IX. Dei Servus Superior Generalis communi de sententia electus est Congregationis, quam prudenter sagaciterque rexit. Cum homines novisset, spiritalis veluti moderator eminuit. Coram difficultatibus praestabilem ostendit firmitudinem. Fidelis Ecclesiae filius, Superioribus ecclesiasticis usque fuit obnoxius. Omnia religiose mandata servavit. Die XXIX mensis Octobris anno MDCCCLX in oppido *Secondigliano* e vita excessit. Eius crebrescente sanctitatis fama, anno MDCCCLXVI Processus informativus incohatus est, qui anno MDCCCLXXVI ad finem est adductus. His perfectis iure statutis rebus, coram Decessore Nostro Paulo

VI, veneratae memoriae, Decretum de virtutibus heroum in modum exercitis die IV mensis Octobris anno MCMLXXIV prodiit, atque die XXIV mensis Aprilis anno MMI Decretum super miraculo coram Nobis comprobatum est. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die XIV mensis Aprilis subsequentis anni Romae celebraretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Michaelis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Iulii Sanguineti, Episcopi Brixiensis, Petri Cardinalis Rubiano Saenz, Archiepiscopi Bogotensis, Caroli Iosephi Ñáñez, Archiepiscopi Cordubensis in Argentina, Marcelli Angeli Melani, Episcopi Neuqueniani et Administratoris Apostolici Viedmensis, et Romani Arrieta Villalobos, Archiepiscopi Sancti Iosephi in Costarica, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Caietanus Errico, Ludovicus Pavoni, Aloisius Variara, Maria a Transitu a Iesu Sacramentato, Artemides Zatti et Maria Romero Meneses Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Caietani Errico die vicesima nona Octobris, Ludovici Pavoni die vicesima octava Maii, Aloisii Variara die decima quinta Ianuarii, Mariae a Transitu a Iesu Sacramentato die vicesima quinta Augusti, Artemidis Zatti die decima quinta Martii, et Mariae Romero Meneses die septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Operositatem pietatemque insignis huius Christi ministri extollere placet, qui sua opera luculenter in sacerdotes colendos, in hominum salutem persequendam contulit. Exoptamus igitur ut huius caelitis testificationibus incitati homines qui nunc sunt ad superna ac caelestia certo gradu contendant.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime officientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Aprilis anno Domini bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 512.834

CONVENTIO

INTER SANCTAM SEDEM ET SLOVACHIAE REM PUBLICAM DE SPIRITALI ADIUMENTO PRAESTANDO CHRISTIFIDELIBUS CATHOLICIS, COPIARUM MILITARIUM AC CUSTODUM SLOVACHIAE PUBLICORUM CONSORTIBUS

ACCORDO TRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA SLOVACCA

circa l'assistenza religiosa ai fedeli cattolici nelle Forze Armate e nei Corpi Armati della Repubblica Slovacca

La Santa Sede, riconoscendo condizioni particolari di vita e la necessità di forma specifica dell'assistenza religiosa ai membri delle Forze Armate e dei Corpi Armati ed alle persone private della libertà per ordine dell'autorità statale

e la Repubblica Slovacca, riconoscendo il suo obbligo di garantire condizioni adeguate per la stabile e conveniente assistenza religiosa ai fedeli cattolici nell'ambito delle Forze Armate della Repubblica Slovacca, del Corpo di polizia, del Corpo di guardia carceraria e giudiziaria della Repubblica Slovacca, della Polizia ferroviaria (in seguito solo « Forze Armate e Corpi Armati ») ed alle persone private della libertà per ordine dell'autorità statale,

riferendosi all'Accordo Base tra la Santa Sede e la Repubblica Slovacca firmato il 24 novembre 2000 in Vaticano (in seguito solo « Accordo Base »),

hanno concordato quanto segue:

Articolo 1

1. La Santa Sede erigerà l'Ordinariato delle Forze Armate e dei Corpi Armati (in seguito solo «Ordinariato ») per l'assistenza religiosa ai fedeli cattolici nelle Forze Armate e nei Corpi Armati della Repubblica Slovacca ed alle persone private della libertà per ordine dell'autorità statale (in seguito solo « assistenza religiosa »).

2. L'Ordinariato sarà secondo il Diritto Canonico e secondo la Costituzione Apostolica *Spirituali militum curae* assimilato ad una diocesi e sarà anche istituzione peculiare nelle strutture delle Forze Armate e dei Corpi Armati. L'Ordinariato godrà della personalità giuridica canonica. L'Ordinariato avrà la personalità giuridica secondo le norme giuridiche della Repubblica Slovacca.

3. Le sue attività verranno svolte secondo le norme del Diritto Canonico e della Costituzione Apostolica *Spirituali militum curae*, secondo il presente Accordo e secondo le norme giuridiche della Repubblica Slovacca.

Articolo 2

1. All'Ordinariato sarà preposto l'Ordinario delle Forze Armate e dei Corpi Armati (in seguito solo « Ordinario »). L'Ordinario sarà membro della Conferenza Episcopale della Slovacchia e sarà anche inserito nella struttura delle Forze Armate della Repubblica Slovacca. La sede dell'Ordinariato sarà a Bratislava.

2. La Santa Sede ha il diritto esclusivo di nominare l'Ordinario.

3. La giurisdizione dell'Ordinario è personale, ordinaria, propria e cumulativa con la potestà dell'Ordinario locale.

4. L'Ordinario ha il diritto di comunicare liberamente con i sacerdoti e con i diaconi, con i religiosi, con i seminaristi (in seguito solo « chierici ») e con tutti coloro che svolgeranno l'assistenza religiosa; dirigerà, assicurerà e controllerà la loro attività in conformità con le norme giuridiche relative alla protezione dei fatti coperti da segreto.

Articolo 3

In base alle norme del Diritto Canonico, alla giurisdizione dell'Ordinariato appartengono i fedeli cattolici:

a) i membri ed i dipendenti delle Forze Armate e dei Corpi Armati ed i dipendenti dei relativi organi amministrativi statali che vi svolgono il loro lavoro,

b) quanti compongono le loro famiglie, cioè coniugi e figli, anche maggiorenni, se abitano nella stessa casa, e così i parenti che abitano nella stessa casa,

c) gli uditori e gli studenti delle scuole delle Forze Armate e dei Corpi Armati, i degenti ed il personale delle istituzioni sanitarie e sociali subordinate ai relativi organi dell'amministrazione statale,

d) tutti i fedeli cattolici incaricati o approvati secondo il Diritto Canonico dallo stesso Ordinario nel servizio permanente per l'Ordinariato,

e) le persone in esecuzione della custodia carceraria, in esecuzione della pena detentiva, le persone arrestate o le persone fermate.

Articolo 4

1. Secondo le norme del Diritto Canonico, l'Ordinario verrà assistito nelle sue attività dal vicario generale, dagli altri vicari, dai sacerdoti e dai diaconi.

2. L'Ordinario farà indipendentemente ed esclusivamente la scelta del vicario generale, degli altri vicari e la scelta dei sacerdoti e dei diaconi per l'assistenza religiosa nell'Ordinariato e deciderà circa la loro nomina, il trasferimento, la rinuncia al servizio e la rimozione secondo il Diritto Canonico.

Articolo 5

1. I vescovi diocesani ed i superiori degli istituti di vita consacrata e delle società di vita apostolica concederanno all'Ordinariato un numero adeguato di chierici. I chierici diocesani potranno essere incardinati nell'Ordinariato secondo le norme del Diritto Canonico.

2. L'Ordinario avrà il diritto secondo le esigenze e dopo l'accordo previo con i vescovi diocesani o con i superiori degli istituti di vita consacrata e delle società di vita apostolica di autorizzare i loro chierici anche solo all'ausilio temporaneo o occasionale nell'Ordinariato secondo il Diritto Canonico ed ai sensi delle norme giuridiche della Repubblica Slovacca.

Articolo 6

I chierici avranno il diritto di svolgere il servizio militare obbligatorio ed il servizio civile nella forma dell'assistenza religiosa nelle Forze Armate.

Articolo 7

1. I sacerdoti ed i diaconi, incaricati in modo permanente dell'assistenza religiosa nelle Forze Armate e nei Corpi Armati, avranno gli stessi obblighi e diritti che il Diritto Canonico accorda a tutti i sacerdoti diocesani e ai diaconi e manterranno un rapporto di servizio con le strutture delle Forze Armate e dei Corpi Armati.

2. I chierici che svolgeranno l'assistenza religiosa nelle Forze Armate e nei Corpi Armati, avranno il diritto alla comunicazione libera con i superiori dell'Ordinariato in conformità con le norme giuridiche relative alla protezione dei fatti coperti da segreto.

Articolo 8

1. L'assistenza religiosa e la celebrazione dei riti religiosi faranno parte del servizio dei sacerdoti e dei diaconi dell'Ordinariato.

2. Nell'esercizio dell'assistenza religiosa, sacerdoti e diaconi si atterranno unicamente alle relative disposizioni liturgiche e canoniche.

Articolo 9

1. Se qualche chierico incaricato dell'assistenza religiosa dovesse essere soggetto nel suo servizio a sanzioni disciplinari di carattere non canonico, il Superiore competente delle Forze Armate o dei Corpi Armati vi provvederà previo accordo con l'Ordinario.

2. L'Ordinario comunica l'eventuale sanzione canonica inflitta ad un chierico, al competente Superiore delle Forze Armate o dei Corpi Armati per i provvedimenti del caso.

Articolo 10

1. La Repubblica Slovacca provvederà alle esigenze finanziarie e materiali dei chierici dell'Ordinariato secondo le norme giuridiche della Repubblica Slovacca.

2. La Repubblica Slovacca provvederà finanziariamente e materialmente alle attività dell'Ordinariato nelle Forze Armate e nei Corpi Armati, alla sede dell'Ordinariato, alla chiesa, alla curia dell'Ordinariato ed ai luoghi adeguati per le funzioni religiose.

Articolo 11

Il funzionamento dell'Ordinariato verrà specificato negli Statuti del medesimo, elaborati dall'Ordinario, emanati dalla Santa Sede e conformi all'ordinamento giuridico della Repubblica Slovacca ed ai principi di quest'Accordo.

Articolo 12

La Santa Sede e la Repubblica Slovacca (in seguito solo « Alte Parti »), s'impegnano a risolvere eventuali incompatibilità nell'interpretazione e nell'applicazione di quest'Accordo in forma di consultazioni bilaterali.

Articolo 13

Quest'Accordo potrà essere modificato e completato in base al reciproco consenso delle Alte Parti. Le modifiche e le aggiunte dovranno essere fatte per iscritto.

Articolo 14

1. Quest'Accordo sarà soggetto alla ratifica ed entrerà in vigore il giorno trenta (30) dopo il giorno dello scambio degli strumenti di ratifica.

2. Quest'Accordo sarà stipulato per un tempo indeterminato ed il suo vigore finirà al più tardi con la cessazione dell'Accordo Base.

Firmato a Bratislava, il 21 agosto 2002, in doppio originale, ciascuno in lingua italiana e slovacca, ambedue i testi sono ugualmente autentici.

per la Santa Sede
✠ *Henryk J. Nowacki*

per la Repubblica Slovacca
Josef Stank

ZMLUVA MEDZI SVÄTOU STOLICOU A SLOVENSKOU REPUBLIKOU

o duchovnej službe katolíckym veriacim v ozbrojených silách a ozbrojených zboroch Slovenskej republiky

Svätá Stolica, uznávajúc osobitné životné podmienky a potrebu špecifickej formy duchovnej starostlivosti o príslušníkov ozbrojených síl a ozbrojených zborov a o osoby zbavené slobody rozhodnutím štátneho orgánu,

a Slovenská republika, uznávajúc svoju povinnosť zabezpečiť vhodné podmienky na trvalú a primeranú duchovnú starostlivosť pre katolíckych veriacich v rámci Ozbrojených síl Slovenskej republiky, Policajného zboru, Zboru väzenskej a justičnej stráže, Železničnej polície, (ďalej len « ozbrojené sily a ozbrojené zbory ») a pre osoby zbavené slobody rozhodnutím štátneho orgánu,

vychádzajúc zo Základnej zmluvy medzi Svätou Stolicou a Slovenskou republikou podpísanou vo Vatikáne 24. novembra 2000 (ďalej len « Základná zmluva »),

dohodli sa takto:

Článok 1

1. Svätá Stolica zriadi ordinariát ozbrojených síl a ozbrojených zborov (ďalej len « ordinariát ») pre duchovnú službu katolíckym veriacim v ozbrojených silách a ozbrojených zboroch Slovenskej republiky a osobám zbaveným slobody rozhodnutím štátneho orgánu (ďalej len « duchovná služba »).

2. Ordinariát bude podľa kánonického práva a podľa Apoštolskej konštitúcie *Spirituali militum curae* postavený na úroveň diecézy a bude zároveň osobitnou inštitúciou v štruktúrach ozbrojených síl a ozbrojených zborov. Ordinariát bude mať právnu subjektivitu kánonickú. Ordinariát bude právnickou osobou podľa právnych predpisov Slovenskej republiky.

3. Činnosť ordinariátu sa bude riadiť kánonickým právom, Apoštolskou konštitúciou *Spirituali militum curae*, touto zmluvou a právnymi predpismi Slovenskej republiky.

Článok 2

1. Na čele ordinariátu bude stáť ordinár ozbrojených síl a ozbrojených zborov (ďalej len « ordinár »). Ordinár bude členom Konferencie biskupov Slovenska a tiež bude organizačne začlenený v ozbrojených silách Slovenskej republiky. Sídlo ordinariátu bude v Bratislave.

2. Menovanie ordinára je výlučným právom Svätej Stolice.

3. Právomoc ordinára podľa kánonického práva je osobná, riadna, vlastná a kumulatívna s právomocou miestneho ordinára.

4. Ordinár má právo slobodne komunikovať s kňazmi, diakonmi, rehoľníkmi, seminaristami (ďalej len « klerici ») a so všetkými, ktorí vykonávajú duchovnú službu; riadi, zabezpečuje a kontroluje ich činnosť v súlade s právnymi predpismi upravujúcimi ochranu utajovaných skutočností.

Článok 3

V zmysle predpisov kánonického práva podliehajú pod právomoc ordinariátu katolícki veriaci:

a) príslušníci a zamestnanci ozbrojených síl a ozbrojených zborov a zamestnanci príslušných orgánov štátnej správy, ktorí v nich vykonávajú službu,

b) ich rodinní príslušníci, teda ich manželskí partneri, deti, a to aj plnoleté, pokiaľ bývajú v spoločnej domácnosti, ako aj príbuzní, ktorí s nimi bývajú v spoločnej domácnosti,

c) poslucháči a študenti škôl ozbrojených síl a ozbrojených zborov, pacienti a personál zdravotníckych a sociálnych zariadení patriacich pod príslušné orgány štátnej správy,

d) všetci katolícki veriaci, ustanovení alebo schválení ordinárom do trvalej služby podľa kánonického práva pre ordinariát,

e) osoby, ktoré sú vo výkone väzby, výkone trestu odňatia slobody, zadržané alebo zaistené.

Článok 4

1. Ordinárovi pomáhajú v jeho činnostiach podľa kánonického práva generálny vikár, iní vikári, kňazi a diakoni.

2. Ordinár nezávisle a výlučne rozhoduje pri výbere generálneho vikára a iných vikárov a pri výbere kňazov a diakonov pre duchovnú službu v ordinariáte a rozhoduje o ich vymenovaní, preložení, vzdaní sa služby a odvolaní podľa kánonického práva.

Článok 5

1. Diecézni biskupi a vyšší predstavení inštitútov zasväteného života a spoločností apoštolského života uvoľnia pre potreby ordinariátu primeraný počet klerikov. Diecézni klerici môžu byť podľa kánonického práva inkardinovaní do ordinariátu.

2. Ordinár bude mať právo podľa potreby a po dohode s diecéznymi biskupmi alebo vyššími predstavenými inštitútov zasväteného života a spoločností apoštolského života poveriť ich klerikov aj len dočasnou alebo príležitostnou výpomocou v ordinariáte podľa kánonického práva a v zmysle právnych predpisov Slovenskej republiky.

Článok 6

Klerici majú právo vykonávať brannú povinnosť a civilnú službu formou duchovnej služby v ozbrojených silách.

Článok 7

1. Kňazi a diakoni, trvale poverení duchovnou službou v ordinariáte, budú mať tie isté práva a povinnosti, ktoré stanovuje kánonické právo diecéznym kňazom a diakonom a budú tiež v služobnom pomere v štruktúrach ozbrojených síl a ozbrojených zborov.

2. Klerici, ktorí budú vykonávať duchovnú službu v ozbrojených silách a ozbrojených zboroch, budú mať právo na slobodnú komunikáciu s predstavenými ordinariátu v súlade s právnymi predpismi upravujúcimi ochranu utajovaných skutočností.

Článok 8

1. Duchovná služba a vykonávanie náboženských obradov bude súčasťou výkonu služby kňazov a diakonov ordinariátu.

2. Kňazi a diakoni budú vykonávať duchovnú službu iba podľa príslušných liturgických a kánonických predpisov.

Článok 9

1. Ak by niektorý klerik, poverený duchovnou službou, mal byť podrobený vo svojej službe disciplinárnemu trestu nie kánonického charakteru, jeho nadriadený z ozbrojených síl, alebo ozbrojených zborov ho potrestá po predchádzajúcej dohode s ordinárom.

2. Ordinár oznámi prípadný kánonický trest klerika jeho nadriadenému z ozbrojených síl, alebo ozbrojených zborov, aby vykonal príslušné opatrenia.

Článok 10

1. Slovenská republika bude zabezpečovať finančné a materiálne potreby klerikov ordinariátu podľa právnych predpisov Slovenskej republiky.

2. Slovenská republika bude finančne a materiálne zabezpečovať činnosť ordinariátu v ozbrojených silách a ozbrojených zboroch, sídlo ordinariátu, kostol, kúriu ordinára a primerané miesta bohoslužieb.

Článok 11

Činnosť ordinariátu bude podrobnejšie vymedzená v Štatúte ordinariátu, vypracovanom ordinárom, vydanom Svätou Stolicou a zodpovedajúcom právnemu poriadku Slovenskej republiky a princípom tejto zmluvy.

Článok 12

Svätá Stolica a Slovenská republika (ďalej len «zmluvné strany») sa zaväzujú riešiť prípadné rozpory pri výklade a vykonávaní tejto zmluvy formou vzájomných konzultácií.

Článok 13

Táto zmluva môže byť menená a doplňovaná na základe vzájomnej dohody zmluvných strán. Zmeny a doplnky musia byť vykonané písomnou formou.

Článok 14

1. Táto zmluva podlieha ratifikácii a nadobudne platnosť tridsiatym (30.) dňom po dni výmeny ratifikačných listín.

2. Táto zmluva sa uzatvára na neurčitý čas a jej platnosť skončí najneskôr skončením platnosti Základnej zmluvy.

Podpísané dňa 21. augusta 2002 v Bratislave, v dvoch originálnych vyhotoveniach, každé v talianskom jazyku a v slovenskom jazyku, pričom obe znenia sú rovnako autentické.

Za Svätú Stolicu	Za Slovenskú republiku
✠ *Henryk J. Nowacki*	*Josef Stank*

Conventione inter Apostolicam Sedem et Slovachiae Rem Publicam rata habita, die XXVIII mensis octobris anno MMII Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo sunt in Civitate Vaticana; a trigesimo exinde die Conventio vigere coepit ad norman Articuli XIV, § I eiusdem Pactionis.

HOMILIA

In beatificatione sex Dei servorum.*

1. « Andate, dunque, e ammaestrate tutte le nazioni, battezzandole nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo ».[1]

A tale riguardo, quanto mai importante è l'opera dei Delegati nazionali, nominati dalle rispettive Autorità delle Chiese dell'Occidente e dell'Oriente. Essi sono chiamati a sensibilizzare le loro Chiese al tema del Congresso internazionale soprattutto nel periodo della sua preparazione, affinché esso diventi un evento fontale da cui rifluiscano nelle Chiese particolari frutti di vita e di comunione.

3. L'Eucaristia ha il posto centrale nella Chiesa, perché è essa a « fare la Chiesa ». Come afferma il Concilio Vaticano II, riportando le parole del grande Agostino, essa è « sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis » — « sacramento di pietà, segno di unità, vincolo di carità ».[3] E san Paolo dice: « Poiché c'è un solo pane, noi, pur essendo molti, siamo un corpo solo: tutti infatti partecipiamo all'unico pane ».[4] L'Eucaristia è sorgente di unità nella Chiesa. Il Corpo eucaristico del Signore alimenta e sostiene il suo Corpo mistico.

[2] *Lumen gentium*, 11.
[3] *Sacrosanctum Concilium*, 47.
[4] *1 Cor* 10, 17.

I Congressi Eucaristici Internazionali contribuiscono anche a questa finalità squisitamente ecclesiale. La partecipazione dei fedeli di varia provenienza ad un tale evento eucaristico simboleggia, infatti, l'unità e la comunione. I Delegati nazionali possono riportare nelle loro comunità lo spirito di fervore eucaristico e di comunione che si vive in questi tempi forti di adorazione, di contemplazione, di riflessione e di condivisione. Il Congresso, vissuto in profondità, è fuoco per forgiare animatori di comunità eucaristiche vive ed evangelizzatori di quei gruppi che non conoscono ancora in profondità l'amore che si cela nell'Eucaristia.

4. Carissimi fratelli e sorelle, l'apostolato eucaristico a cui dedicate i vostri sforzi costituisce certamente una risposta all'invito del Signore: « Duc in altum! » Perseverate in esso con impegno e passione, animando e diffondendo la devozione eucaristica in tutte le sue espressioni. Nel vostro servizio ecclesiale lasciatevi sempre guidare da un autentico spirito di comunione, favorendo la fattiva collaborazione tra il Comitato Eucaristico Pontificio e i Comitati Nazionali.

Accompagno questi voti con l'assicurazione della mia preghiera e con la Benedizione Apostolica, che di cuore imparto a voi e alle persone care.

VI

Ad Pontificiam Academiam Scientiarum.*

Dear Members of the Pontifical Academy of Sciences,

It gives me great pleasure to greet you on the occasion of your Plenary Meeting, and I offer a particularly warm welcome to the new members among you. Your discussion and reflection this year focuses on "The Cultural Values of Science". This theme allows you to consider scientific developments in their relation to other general aspects of human experience.

In fact, even before speaking of the cultural values of science, we could say that science itself represents a value for human knowledge and the human community. For it is thanks to science that we have a greater understanding today of man's place in the universe, of the connections between human history and the history of the cosmos, of the structural cohesion and symmetry of the elements of which matter is composed, of the remarkable

* Die 11 Novembris 2002.

complexity and at the same time the astonishing coordination of the life processes themselves. It is thanks to science that we are able to appreciate ever more what one member of this Academy has called "the wonder of being human": this is the title that John Eccles, recipient of the 1963 Nobel Prize for Neurophysiology and member of the Pontifical Academy of Sciences, gave to his book on the human brain and mind.[1]

This knowledge represents an extraordinary and profound value for the entire human family, and it is also of immeasurable significance for the disciplines of philosophy and theology as they continue along the path of *intellectus quaerens fidem* and of *fides quaerens intellectum*, as they seek an ever more complete understanding of the wealth of human knowledge and of Biblical revelation. If philosophy and theology today grasp better than in the past what it means to be a human being in the world, they owe this in no small part to science, because it is science that has shown us how numerous and complex the works of creation are and how seemingly limitless the created cosmos is. The utter marvel that inspired the first philosophical reflections on nature does not diminish as new scientific discoveries are made. Rather, it increases with each fresh insight that is gained. The species capable of "creaturely amazement" is transformed as our grasp of truth and reality becomes more comprehensive, as we are led to search ever more deeply within the realm of human experience and existence.

But the cultural and human value of science is also seen in its moving from the level of research and reflection to actual practice. In fact, the Lord Jesus warned his followers: "everyone to whom much is given, of him will much be required".[2] Scientists, therefore, precisely because they "know more", are called to "serve more". Since the freedom they enjoy in research gives them access to specialized knowledge, they have the responsibility of using it wisely for the benefit of the entire human family. I am thinking here not only of the dangers involved in a science devoid of an ethic firmly grounded in the nature of the human person and in respect of the environment, themes which I have dwelt on many times in the past.[3]

I am also thinking of the enormous benefits that science can bring to the peoples of the world through basic research and technological applications. By protecting its legitimate autonomy from economic and political pressures,

[1] J. C. Eccles, D. N. Robinson, *The Wonder of Being Human: Our Brain and Our Mind*; Free Press, New York, 1984.

[2] *Lk* 12:48.

[3] Cf. Addresses to the Pontifical Academy of Sciences, 28 October 1994, 27 October 1998 and 12 March 1999; Address to the Pontifical Academy for Life, 24 February 1998.

by not giving in to the forces of consensus or to the quest for profit, by committing itself to selfless research aimed at truth and the common good, the scientific community can help the world's peoples and serve them in ways no other structures can.

At the beginning of this new century, scientists need to ask themselves if there is not more that they can do in this regard. In an ever more globalized world, can they not do more to increase levels of instruction and improve health conditions, to study strategies for a more equitable distribution of resources, to facilitate the free circulation of information and the access of all to that knowledge that improves the quality of life and raises standards of living? Can they not make their voices heard more clearly and with greater authority in the cause of world peace? I know that they can, and I know that you can, dear members of the Pontifical Academy of Sciences! As you prepare to celebrate the Academy's Fourth Centenary next year, bring these common concerns and aspirations to the international agencies that make use of your work, bring them to your colleagues, bring them to the places where you engage in research and where you teach. In this way, science will help to unite minds and hearts, promoting dialogue not only between individual researchers in different parts of the world but also between nations and cultures, making a priceless contribution to peace and harmony among peoples.

In renewing my warm wishes for the success of your work during these days, I raise my voice to the Lord of heaven and earth, praying that your activity will be more and more an instrument of truth and love in the world. Upon you, your families and your colleagues I cordially invoke an abundance of divine grace and blessings.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

TARVISINA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Andreae Hyacinthi Longhin ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, Episcopi Tarvisini (1863-1936)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Famulus Dei Andreas Hyacinthus Longhin die 22 mensis Novembris anno 1863 natus est in pago *Fiumicello di Campodarsego*, intra fines dioecesis Patavinae sito. Postquam Ordini Fratrum Minorum Capuccinorum nomen dedit, votis religiosis se Deo obligavit anno 1880 atque anno 1886 est presbyter ordinatus. Cum munere Ministri provincialis Ordinis sui fungeretur, a S. Pio X nominatus est Episcopus Tarvisinus. Usque ad mortem, qua die 26 mensis Iunii anno 1936 rebus humanis est ereptus, dioecesi magna cum caritate pastorali, se devovendi studio et prudentia inserviit. Ioannes Paulus II, Summus Pontifex, die 21 mensis Decembris anno 1998, declaravit Famulum Dei gradu heroico exercuisse virtutes theologales, cardinales iisque adnexas. Postmodum Causae Postulator examini Congregationis de Causis Sanctorum subiecit prodigialem, ut ferebatur, sanationem, quae Tarvisii evenit et qua puerulus Dinus Stella est fruitus; qui, die 28 mensis Martii anno 1964, cum esset novem annos natus, sectionem chirurgicam in abdomine est passus. Cum interior ventris membrana aperiretur, exivit pus et ansae intestinorum se praebuerunt arcte conglutinatas. Effecta est siccatio et curatio adhibita ope variorum medicamentorum antibioticorum. Condicio autem ingravescebat amplius et hoc editum est morbi iudicium: peritonites plastica, abscessus in pelvi sinistra, gravis habitus toxico-sanguineus, infirmitas sanguinis, generalis virium defectio. Die 7 mensis Aprilis altera facta est corporis sectio chirurgica. Puerulus autem iam in statu fuit agoniam antecedente. Tum vesperi diei 8 mensis Aprilis, Episcopo Tarvisino suadente, precationes coep-

tae sunt fundi ad Servum Dei. Duobus diebus peractis, Dini condicio in meliorem statum coepit pervenire idque celerrime usque ad perfectam sanationem. Apud Curiam Tarvisinam anno 1994 de eiusmodi sanatione Inquisitio dioecesana est instituta, cuius vis iuridica agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum, decreto die 24 mensis Ianuarii anno 1997 emisso. Consilium Medicorum huius Dicasterii in sessione die 12 mensis Novembris anno 2001 habita, agnovit sanationem fuisse celerem, plenam, mansuram, sine morbi residuis et ad interioris doctrinae rationem inexplicabilem. Die 15 mensis Februarii huius anni coadunatus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris atque die 16 mensis Aprilis subsecuti, habita est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Domino Salvatore Boccaccio, Episcopo Frusinatensi-Verulano-Ferentino. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo divinitus patrato constaret, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Andreae Hyacinthi Longhin, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, Episcopi Tarvisini, videlicet de celeri, plena ac mansura sanatione pueruli Dini Stella a "peritonite acuta diffusa post-appendicolare con evoluzione in piastrone e fistola stercoracea, stato settico tossiemico generalizzato con insufficienza cardiocircolatoria e renale"*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Aprilis A. D. 2002.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VIENNENSIS seu VENETIARUM

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Marci ab Aviano (in saec.: Caroli Dominici Cristofori) sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum (1631-1699)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Marcus ab Aviano (in saeculo: Carolus Dominicus Cristofori) Aviani, hodie in provincia *Portas Naonis*, natus est die 17 mensis Novembris anno 1631. Fratrum Minorum Capuccinorum Ordinem ingressus, anno 1649 vota religiosa professus est et anno 1655 presbyteratu auctus. Magna pastorali sollicitudine ac populi Dei utilitate omne stadium impendit in Evangelio nuntiando per Italiam et Europam, ubique ingentem sanctitatis et virtutis laudem movens. Fidem strenue defendit, concordiam inter populos conciliavit et apostolatu suo summam navavit operam in Europam a Turcis irrumpentibus liberandam. Die 13 mensis Augusti anno 1699, ipsa imperiali praesente familia, quae eum carissimum habebat, pie in Domino obdormivit.

Die 6 mensis Iulii anno 1991, Summus Pontifex Ioannes Paulus II Servum Dei virtutes theologales, cardinales eisque coniunctas heroico gradu coluisse decrevit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem Antonini Geremia, pueri sex annorum aetatis, qui, mense post chirurgicam sectionem adenoidum ac tonsillarum recisionis in nosocomio Paduano habitam, inopinatam exhibuit febrim, asperam cephaleam et vomitum. Cum die 26 mensis Maii anno 1941 in idem valetudinarium iterum receptus esset, medici diagnosim meningitidis acutae cum puris effluvio dixerunt et prognosim infaustam. Cum res ita adversae se haberent, mulier principis medicorum valetudinarii, inefficacibus curis, patrem Leopoldum de Castronovo, nunc sanctum, petivit, qui nomisma quoddam cum effigie servi Dei Marci ab Aviano ei commisit, eam adhortans ut fidenter ad auxilium eius confugeret, quod ipsa cum aliis iampridem a vespere diei 27 mensis Maii effecit. Eo ipso vespere, puer eo convalescere coepit, ut insequenti mane completa constataretur sanatio. De exitu casus per intercessionem patris Marci ab Aviano felici, annis 1942-1946 apud Curiam Patavinam Inquisitio dioecesana ce-

lebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 20 mensis Decembris anno 1991 probatae sunt. Dicasterii Collegium Medicorum, pluries investigato eventu, in sessione diei 28 mensis Iunii anno 2001 sanationem Antonini Geremia celerrimam, completam, duraturam et inexplicabilem secundum scientiam una voce fuisse affirmavit. Die 9 insequentis mensis Novembris Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 8 mensis Ianuarii huius anni 2002 Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi. Et in utroque coetu, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum prolatum est affirmativum. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Marci ab Aviano (in saec.: Caroli Dominici Cristofori), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, videlicet de celerrima, completa, duratura sanatione pueri Antonini Geremia "a meningite acuta purulenta in bambino di 6 anni con recente intervento di tonsillectomia"*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 23 mensis Aprilis A. D. 2002.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

FIANARANTSOAENSIS seu CRACOVIENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Ioannis Beyzym sacerdotis professi e Societate Iesu (1850-1912)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Ioannes Beyzym natus est in oppido *Beyzymy Wielkie*, in Polonia, die 15 mensis Maii anno 1850. Deinde anno 1872 Societatem Iesu ingressus est et anno 1881 sacerdos ordinatus. Multos per annos instituendis iuvenibus in Collegiis Tarnopolitano et Chiroviensi operam dedit. Iam inde ab anno 1898 in civitate *Ambahivoraka* in Madagascaria fervidum exercuit apostolatum pro leprosis, quorum magna caritatis ope et summis cum sacrificiis corpori ac spiritui inservivit. Multis toleratis difficultatibus et aerumnis, valetudinarium pro leprosis assistendis instituit. Magna sanctitatis fama succinctus, obiit die 2 mensis Octobris anno 1912.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 21 mensis Decembris anno 1992, eum virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem iuvenis Martini Hołda, qui, mane diei 23 mensis Augusti anno 1997, implicatus est in tam magno super viam accidente vehiculorum automobilium, ut, e reliquis laminis decerptus, instanter in valetudinarium regionale civitatis *Piotrków Trybunalski* in Polonia adveheretur, ubi ei trauma multiplex inventum est cranii, artuum intestinorumque membrorum. Examen dein encephalicum plures ostendit nucleos contusionis sanguinem profluentes in utroque integumento interno laevo ac dextero, sicut in utroque lobo frontis, et grave vulnus quoddam eiusdem trunci encephalici. Aegrotus, qui in statu lethargi comatis versabatur, exhibebat etiam contusionem pulmonis cum gravi statu spiritus defectus et hypoxygenationis corporis. Cum molestiores insuper secutae essent implicationes, medici igitur iuveni minimas facultates esse sanationis et sospitatis arbitrati sunt et prognosim valde dixerunt infaustam quoad vitam. Cum res ita se haberent adversae, perpensa inefficacia curarum, familiares et amici infirmi ad divinum confugerunt auxilium per intercessionem Servi Dei Ioannis Beyzym, ut sanationem Martini impetrarent, qui revera die 2 mensis Septembris eodem anno improviso eo convalescere coepit, ut periculum vitae superaret et rapide normalem apparatus locomotionis recuperaret rationem,

sine ulla neurologica invaliditate. De casu anno 2001 apud Curiam Cracoviensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 22 mensis Martii huius anni 2002 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione insequentis diei 23 mensis Maii anno 2002, affirmavit « die 2 mensis Septembris anno 1997 periculum vitae superatum esse cum refectione normalis respirationis rationis et recuperatione partim facultatum neurologicarum, extricata hyperthermia, cum graduali sanatione, sine effectibus neurologicis et locomotionis; supradictam sanationem ergo satis rapidam, completam, duraturam et inexplicabilem quoad modum secundum scientiam fuisse». Die 19 mensis Iunii eiusdem anno 2002 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 2 mensis Iulii insequentis Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Eminentissimo Domino Cardinale Andrea Maria Deskur. Et in utroque coetu, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum prolatum est affirmativum. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Ioannis Beyzym, Sacerdotis professi e Societate Iesu, videlicet de satis rapida, completa ac duratura sanatione iuvenis Martini Hołda a « grave politrauma con interessamento delle strutture encefaliche diffuse e del tronco encefalico, coma iniziale 5º scala di Glasgow; assenza della funzione respiratoria spontanea ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 5 mensis Iulii A. D. 2002.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IANUENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Eugeniae Ravasco fundatricis Instituti Sororum Filiarum Cordium Iesu et Mariae (1845-1900)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Eugenia Ravasco Mediolani die 4 mensis Ianuarii anno 1845 nata est. Ianuae, quo adhuc pupilla migraverat, christianae institutioni puellarum et auxilio pauperum aegrotorumque omni sollicitudine se tradidit et anno 1868 Congregationem Sororum Filiarum Sacratissimorum Cordium Iesu et Mariae fundavit, quam prudentia, caritate et sacrificii studio rexit. Plurimis toleratis christiana cum fortitudine corporis atque animi doloribus, die 30 mensis Decembris anno 1900 pie requievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 1 mensis Iulii anno 2000 virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit. Antea asserta occurrerat mira sanatio Helenae Nataliae Jiménez Cardozo, pupillae, quae, *Cochabambae* in Bolivia nata anno 1989, usque ad tertium vitae suae annum optima valetudine usa erat, dein autem pergravis praebuit pathologiae musculorum signa, quam, licet pluries in nosocomiis recepta sit, nullo modo tamen curare potuit. Quattuor enim infirmitatis medelarumque post annis, nullam facultatem deambulationis exhibebat, paralysim flaccidam crurum, impotentiam physicam gradualem, hypotoniam musculorum colli, repentinas et assiduas temperaturae corporis mutationes, contagionem pharyngis, bronchiorum, entericam et ureticam. Radiographiae in lucem posuerunt ossium graves mutationes, fracturas multiplices cum magna carentia mineralium et densitatem osseam minutam. Biopsia ossium diffusam osteomalaciam exhibuit.

Hac adversa fortuna, puella a mense Februario anno 1996 lectiones scholae elementariae a Sororibus Filiabus Sacratissimorum Cordium Iesu et Mariae directae audire coepit, quae statim eam sub Servae Dei praesidium supposuerunt. Cotidie vero Helena ipsa una cum Sorore magistra aliisque condiscipulis scholae intercessionem Matris Eugeniae Ravasco implorabat, ut salus eius reficeretur, quod infirmae propinqui et Filiae Sacratissimorum Cordium Iesu et Mariae Boliviae omni quoque die repetebant sicut et quibus salus puellae cordi erat. Vertente mense Augusto eiusdem anni, alia diagnosis aciditatis fistularis renium congenitae dicta est, cui consultum est nova quadam cura, quae parvam, omnino vero imparem, protulit recreationem. Procedebant in-

terdum preces. Nocte diei 31 mensis Decembris anno 1996, Iesum somniavit puella, quae crastino die de improviso ambulare coepit.

Beatificationis respectu, annis 1997-1998 apud Curiam Cochabambensem Inquisitio dioecesana super miro celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 17 mensis Octobris anno 1998 probatae sunt. Dicasterii Collegium Medicorum in sessione diei 17 mensis Ianuarii anno 2002, sanationem comparate rapidam, completam, duraturam quoad recuperationem facultatum psycho-motoriarum ac musculorum et autonomiam puellae, inexplicabilem quoad modum secundum scientiam fuisse una voce affirmavit. Die 14 mensis Maii eiusdem anni Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et insequenti die 4 mensis Iunii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum habita est, Ponente Causae Eminentissimo Domino Cardinale Henrico Schwery. Et in utroque coetu, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum prolatum est affirmativum. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Eugeniae Ravasco, Fundatricis Instituti Sororum Filiarum SS. Cordium Iesu et Mariae, videlicet de comparate rapida, completa, duratura quoad recuperationem facultatum psycho-motoriarum ac musculorum et autonomiam sanatione Helenae Nataliae Jiménez Cardozo ab « acidosi tubulare renale congenita, ipokaliemia sintomatica severa ricorrente e secondaria all'acidosi, osteodistrofia di origine renale avanzata con chiari segni radiologici di rachitismo e iperparatiroidismo secondario ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 5 mensis Iulii A. D. 2002.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MATRITENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Ioannae Mariae Condesa Lluch fundatricis Congregationis Ancillarum ab Immaculata Conceptione Protectricum Operariarum (1862-1916)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Ioanna Maria Condesa Lluch die 30 mensis Martii anno 1862 *Valentiae* in Hispania nata est. Iam inde a iuventute sollerti caritatis ac sacrificii amore pauperibus, pueris inopibus et iuvenibus operariis adiuvandis summam operam navavit, pro quibus Congregationem Ancillarum ab Immaculata Conceptione Protectricum Operariarum fundavit, quas in austeritate vitae et humili laboris studio efformavit. Meritorum ante Deum, Ecclesiam ac societatem locuples, die 16 mensis Ianuarii anno 1916 pie ad Dominum migravit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 7 mensis Iulii anno 1997 virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu ipsam coluisse decrevit. Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem iuvenis Ioachimi Auñón Magán, qui, die 2 mensis Septembris anno 1990, gravi casu viario implicatus est, ubi vitam perdidit amicus, qui eum comitabatur. In valetudinarium generale Albasitense, dein vero in aliud Matritense receptus, gravia inventa sunt vulnera cum damnis ossium capitis cerebrique, thoracis et abdominis, duarum vertebrarum cervicalium ac femoris laevi fractura atque lethargo comatis septimi "Glasguensis" gradus. Variis sectionibus chirurgicis confectis, eo molestiores secutae sunt implicationes, ut in dubium vita ipsa vel saltem salus ac robur iuvenis vocarentur. Cum res ita adversae se haberent, mater aegroti una cum Ancillis ab Immaculata Conceptione Protectricum Operariarum ad divinum confugit auxilium per intercessionem Servae Dei Ioannae Mariae Condesa Lluch. Inde a die 23 mensis Septembris aegroti valetudo in melius vertit, ut ipse sanatus, sine ulla invaliditate, de nosocomio dimitteretur. De hac sanatione, extemplo mira habita, anno 1999 apud Curiam Matritensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 12 mensis Novembris eiusdem anni probatae sunt. Dicasterii Collegium Medicorum in sessionibus dierum 19 mensis Februarii anno 2001 et 10 insequentis mensis Decembris, sanationem comparate rapidam, completam,

duraturam, cum restitutione ad integrum clinica, quoad relationem inter absentiam morbi notarum et praesentiam damni cerebri magni ponderis, inexplicabilem quoad modum, secundum scientiam fuisse una voce affirmavit. Die 15 mensis Aprilis anno 2002 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 21 mensis subsequentis Maii Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Mario Rizzi, Archiepiscopo tit. Balneoregiensi. Et in utroque coetu, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum prolatum est affirmativum. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Ioannae Mariae Condesa Lluch, Fundatricis Congregationis Ancillarum ab Immaculata Conceptione Protectricum Operariarum, videlicet de sanatione comparate rapida, completa, duratura, cum restitutione ad integrum clinica, quoad relationem inter absentiam morbi notarum et praesentiam damni cerebri magni ponderis, iuvenis Ioachimi Auñón Magán, qui passus est « grave politrauma da incidente stradale, con lesioni cranio-encefaliche, toraciche e addominali, con frattura di due vertebre cervicali e del femore sinistro, con coma di grado 7° alla scala di Glasgow ».*

Voluit antem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 5 mensis Iulii A. D. 2002.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

BRASILIAE

De abbatiae territorialis Claravallensis in Brasilia exstinctione necnon de finium dioecesis Guaxupensis mutatione

DECRETUM

Ad uberius praesentis aetatis Christifidelium spirituali bono consulendum ac locorum Antistitum pastoralem actionem efficaciorem reddendam, iuxta normas a Decreto Concilii Oecumenici Vaticani II «Christus Dominus» exaratas, atque ad venerabilem monasticam institutionem proprio in suo spiritu tuendam utque, quacumque alia sollicitudine ablata, monachi ad divinam laudem se integre dicare possint, a Summo Pontifice postulatum est, ut abbatia territorialis Claravallensis in Brasilia exstingueretur atque territorium eiusdem alicui dioecesi adiungeretur. Gratias maximas agens monachis Claravallensibus pro ministerio in salutem animarum laudabiliter expleto, attentis huius temporis adiunctis Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia PP. II, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Alfii Rapisarda, Archiepiscopi titularis Cannensis et in Brasilia Apostolici Nuntii, necnon Exc.mi Conferentiae Episcoporum Brasiliae Praesidis, de consilio Congregationis pro Episcopis, preces ad Se admotas animarum saluti valde profuturas censuit benigneque excipiendas decrevit. Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decrevit:

1. abbatia territorialis Claravallensis in Brasilia exstinguitur;

2 integrum territorium exstinctae abbatiae territorialis Claravallensis in Brasilia dioecesi Guaxupensi adnectitur cuius Ordinario pastoralis cura fidelium ibi degentium committitur;

3. cura pastoralis paroeciae in cuius territorio monasterium Claravallense in Brasilia exstat monachis eiusdem monasterii mandetur.

Statuit, quoque, ut una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria et domus paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias illas spectantia dioecesi Guaxupensi adnec-

tantur iuxta Iuris Canonici et legis civilis normas. Cathedrali abbatiali ecclesia, vero, quae posthac ecclesia paroecialis et monasterii simul erit, Ordinarius Guaxupensis et Abbas Claravallensis in Brasilia, communi consilio, uti poterunt.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 31 mensis Iulii, anno 2002.

✠ Ioannes Baptista card. Re
Praefectus

✠ Franciscus Monterisi
a Secretis

L. ✠ S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 451/91

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 8 Ianuarii 2003. — Cathedrali Ecclesiae Saxanigrensi, noviter erectae, R.D. Alfonsum Gerardum Garza Freviño, e clero archidioecesis Monterreyensis ibique parochum.

die 15 Ianuarii. — Episcopum coadiutorem dioecesis Carolinensis in Brasilia R.P. Iosephum Soares Filho, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, hactenus huius Ordinis oeconomum generalem.

die 17 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Linarensi, Exc.mum P.D. Tomislav Koljatic Maroevic, hactenus Episcopum titularem Bencennensem et Auxiliarem archidioecesis Sanctissimae Conceptionis.

die 20 Ianuarii. — Ordinariatui Militari Slovakiae, noviter erecto, Exc.mum P.D. Franciscum Rabek, hactenus Episcopum titularem Catrensem et Auxiliarem Nitriensem.

die 21 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiæ Gaurianensi R.D. Iosephum Boishu, e clero archidioecesis Rhedonensis, ibique delegatum dioecesanum pro pastorali vocationum, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Remensis.

— Cathedrali Ecclesiae Florentiae, R.D. Georgium Albertum Ossa Soto, e clero dioecesis Istminanae-Taduanae, ibique Vicarium generalem et rectorem Seminarii.

die 22 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Limeirensi, Exc.mum P.D. Augustum Iosephum Zini Filho, hactenus Episcopum titularem Megalopolitanum in Proconsulari et Auxiliarem archidioecesis Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zaraïtenae R.D. Assis Lopes, e clero Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Itabirensi-Fabricianensi, Exc.mum P.D. Odilonem Guimarães Moreira, hactenus Episcopum titularem Flumenpiscensem et Auxiliarem archidioecesis Victoriensis Spiritus Sancti.

die 24 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Marianopolitanae in Michigania, R.D. Franciscum Iosephum Kane, e clero archidioecesis Chicagiensis, ibique curionem paroeciae Sancti Iosephi in oppido vulgo Wilmette, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Tilulari episcopali Ecclesiae Vulturariensi, R.D. Thomam Ioannem Paprocki, e clero archidioecesis Chicagiensis, ibique curionem paroeciae Sanctae Constantiae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Oescensi, R.P. Gustavum Garcia-Siller, Missionariorum a Spiritu Sancto sodalem, California eiusdem Congregationis Vicarium, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Chicagiensis.

die 25 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Monterreyensi, Exc.mum P.D. Franciscum Robles Ortega, hactenus Episcopum Tolucensem.

die 27 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Molinensi R.D. Paschalem Roland, e clero Versaliensi, hactenus in Seminario vulgo dicto «Saint-Sulpices» docentem.

die 31 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Catacensi-Squillacensi, Exc.-mum P.D. Antonium Ciliberti, hactenus Archiepiscopum Materanensem-Montis Pelusii.

die 5 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Luceatinae R.D. Antonium Carolum Félix, e clero archidioecesis de Pouso Alegre, hactenus paroeciae Sancti Christophori curionem.

die 8 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Tabasquensi, Exc.mum P.D. Beniaminum Castillo Plascencia, hactenus Episcopum titularem Sufasaritanum et Auxiliarem archidioecesis Guadalaiarensis.

die 11 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Durangensi, Exc.mum P.D. Hectorem González Martínez, hactenus Archiepiscopum Antequerensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aulonitanae, R.D. Rogerum Paulum Morin, e clero archidioecesis Novae Aureliae, ibique Vicarium generalem atque paroeciae « Verbi Incarnati » curionem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 13 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Sanctae Fidei Verae Crucis Exc.mum P.D. Iosephum Mariam Arancedo, hactenus Episcopum Maris Platensis.

die 14 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Angliae Orientalis R.D. Michaelem Carolum Evans, e clero Southvarcensi, hactenus paroeciae Sancti Augustini apud « Tunbridge Wells » curionem.

— Ecclesiae Cathedrali Castellanetensi, R.D. Petrum Mariam Fragnelli, e clero archidioecesis Tarentinae, hactenus Pontificii Seminarii Romani maioris moderatorem.

die 19 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Latacungensi R.D. Victorium Naranjo Tovar, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

die 20 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Catrensi R.D. Varnerium Guballa, Vicarium generalem Moguntinum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maraguiensi R.D. Udalricum Neymeyr, e clero Moguntino, hactenus in pago vulgo Offstein, necnon in portionibus Horchheim et Wiesoppenheim civitatis Vormatiensis curionem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 24 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Scampinae R.D. Rainerium Woelki, e clero Coloniensi, hactenus convictus « Collegium Albertinum » in civitate Bonnensi moderatorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 26 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatensi Exc.mum P.D. Attilanum Rodríguez Martínez, hactenus Episcopum titularem Horaeensem et Auxiliarem archidioecesis Ovetensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 31 Gennaio 2003, S.E. il Signor Rafic Hariri, Presidente del Consiglio dei Ministri del Libano.

Giovedì, 6 Febbraio 2003, S.E. il Signor Nursultan Nazarbayev, Presidente della Repubblica del Kazakhstan.

Venerdì, 7 Febbraio 2003, S.E. il Signor Joschka Fischer, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Federale di Germania.

Venerdì, 14 Febbraio 2003, S.E. il Signor Tareq Aziz, Vice Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica d'Irak.

Martedì, 18 Febbraio 2003, l'On. Signor Kofi Annan, Segretario Generale dell'Organizzazione delle Nazioni Unite.

Sabato, 22 Febbraio 2003, S.E. il Signor Tony Blair, Primo Ministro della Gran Bretagna.

Giovedì, 27 Febbraio 2003, S.E. il Signor José Maria Aznar López, Presidente del Governo Spagnolo.

Giovedì, 27 Febbraio 2003, S.E. il Signor Seyyed Mohammad Reza Khatami, Vice Presidente dell'Assemblea Consultiva della Repubblica Islamica dell'Iran.

Giovedì 6 febbraio 2003 si è svolta alla presenza del Santo Padre una riunione di tutti i Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

8 febbraio 2003 S.E. mons. Pedro López Quintana, Arcivescovo tit. di Agropoli, *Nunzio Apostolico in India e in Nepal.*

22	febbraio	2003	S.E. mons. Giuseppe Leanza, Arcivescovo tit. di Lilibeo, *Nunzio Apostolico in Bulgaria.*
»	»	»	S.E. mons. Karl-Josef Rauber, Arcivescovo tit. di Giubalziana, *Nunzio Apostolico in Belgio e in Lussemburgo.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

9	gennaio	2003	S.E. mons. Tarcisio Bertone, Arcivescovo di Genova, *Membro della Congregazione per la Dottrina della Fede « ad quinquennium ».*
20	»	»	S.E. mons. Angelo Amato, Arcivescovo tit. di Sila, *Consultore della Congregazione per i Vescovi « ad quinquennium ».*
3	febbraio	»	L'Em.mo Signor Cardinale Theodore Edgar McCarrik e S.E. mons. Marc Ouellet, Arcivescovo di Québec, *Consiglieri della Pontificia Commissione per l'America Latina « ad quinquennium ».*
»	»	»	S.E. mons. Csaba Ternyák, Arcivescovo tit. di Eminenziana, *Segretario della Congregazione per il Clero « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	Mons. Damiano Marzotto Caotorta, *Capo Ufficio nella Congregazione per la Dottrina della Fede.*
12	»	»	Mons. Josef Clemens, *Sotto-Segretario della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica « ad quinquennium ».*
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Alfonso López Trujillo e S.E. mons. Girolamo Grillo, Vescovo di Civitavecchia-Tarquinia, *Membri della Congregazione delle Cause dei Santi, « in aliud quinquennium »*; S.E. mons. Ottorino Pietro Alberti, Arcivescovo di Cagliari, *Membro della Congregazione delle Cause dei Santi « usque ad 80um ».*
»	»	»	I p. Anastasius Disch, O.F.M. Cap.; don Ottorino Pasquato, S.D.B.; mons. Helmut Joseph Moll; don Nicola Bux; p. Marek Inglot, S.I.; p. Szezepan Praskiewicz. O.C.D.; p. Euthymius Sastre Santos, C.M.F., *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium »*; don Agostino Favale, S.D.B., *Consultore della Congregazione delle Cause dei Santi « ad tempus ».*
25	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Aloysius Matthew Ambrozic, *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Polycarp Pengo, Paul Shan Kuohsi e Darío Castrillón Hoyos, *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Norberto Rivera Carrera, *Membro della Pontificia Commissione per l'America Latina « in aliud quinquennium ».*

25	febbraio	2003	Gli Em.mi Signori Cardinali Paul Shan Kuo-hsi e Darío Castrillón Hoyos, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni sociali « in aliud quinquennium »*.
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Jorge Arturo Medina Estévez *« usque ad 80um »* e James Francis Stafford *« in aliud quinquennium », Membri della Congregazione per i Vescovi.*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Christoph Schönborn, James Francis Stafford, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium »*, e Jorge Arturo Medina Estévez, *Membro della Congregazione per la Dottrina della Fede « usque ad 80um »*.
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Salvatore De Giorgi, Norberto Rivera Carrera, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia « in aliud quinquennium »*, e Jorge Arturo Medina Estévez, *Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia « usque ad 80um »*.
1	marzo	»	Mons. Bernard A. Hebda, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi « ad quinquennium »*

NECROLOGIO

14	gennaio	2003	Mons. José Iturriza Guillén, Vescovo em. di Coro (*Venezuela*).
16	»	»	Mons. Michael Rusnak, Vescovo em. dei Santi Cirillo e Metodio di Toronto degli Slovacchi di rito Bizantino (*Canada*).
17	»	»	Mons. Edward E. Samsel, Vescovo di Ełk (*Polonia*).
18	»	»	Mons. Hervé Renaudin, Vescovo di Pontoise (*Francia*).
24	»	»	Mons. Carlos Galán, Arcivescovo em. di La Plata (*Argentina*).
25	»	»	Mons. Giuseppe Carata, Arcivescovo em. di Trani, Barletta, Bisceglie (*Italia*).
»	»	»	Mons. Camilo Faresin, Vescovo em. di Guiratinga (*Brasile*).
2	febbraio	»	Mons. Carlos A. Etchandy Navarro, Arcivescovo di Niterói (*Brasile*).
»	»	»	Mons. Raúl O. Rossi, Vescovo di San Martín (*Argentina*).
»	»	»	Mons. Philip Harvey, Vescovo tit. di Baanna.
4	»	»	Mons. Joseph R. Crowley, Vescovo tit. di Maraguia.
5	»	»	Mons. Décio Pereira, Vescovo di Santo André (*Brasile*).
8	»	»	Mons. James R. Hoffman, Vescovo di Toledo (*Stati Uniti d'America*).
14	»	»	Mons. Valfredo B. Tepe, Vescovo em. di Ilhéus (*Brasile*).
17	»	»	Mons. Jacques Le Cordiér, Vescovo em. di Saint-Denis (*Francia*).
27	»	»	Mons. Elizeu de Morais Pimentel, Vescovo coadiutore di Paranavai (*Brasile*).